

Nemo prosperiore sorte abuti?

Loqui nemo, ubi foemina tacendum?

Nemo, quum decuit loqui, tacere?

Choros nemo sequi parum pudicos?

Nemo ornare comam parum pudenter?

Nemo accersere pharmacis colores?

Hinc vibrare oculos, & inde, nemo?

Nemo verba loqui petulca sensit?

Ergo vir fuit. At virum vocare

Qua fas sit ratione, cui virilis

Illæ corporis est negata forma?

Ergo utrumque fuit. Fuisse verò

Cur utrumque putem, quod esse neutrum

Probatum satis est, superque nobis?

Diua ergo fuit, ipsa nempe Pallas,

Qua quum foemina sit, tamen virili

Intus est animo, ut ferunt Poëta.

Sed est nota satis cruenta Pallas,

Fictorumq; Deum libido turpis.

Ergo, quid superest nisi ut puenus

Quiddam hoc in tumulto iacere, quod sit

Foemina, atque viro, Deaque maius?